



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Editha V. 16. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

.Sept.  
, nisi  
e co-  
er er-  
clius,  
è jam.  
o suo  
s fe-  
He-  
rv. &  
  
uâfa-  
ia su-  
niqui-  
clavos  
Dam.  
  
mbris.  
elicis-  
mili-  
lchræ  
trum-  
iosam  
versus  
victri-  
m sibi  
nachis  
in fu-  
, sive  
Christi  
omni-  
maxi-  
m pro  
onum  
misit,

16. Sept. VITÆ SANCTORVM. 451  
misit, qui post longam cum malo luctam bacillo  
medianam partem tam sancti exercitus signavit.  
Erat hoc rude emeritos donasse. Nam de morte  
& ipsi moniti, cum quatuor dierum jejunio cor-  
pus curassent, & sacris omnibus se armassent, ulti-  
mum pugnarunt, eodemque die, vultu (ut victo-  
res scires) læto & præfulgido omnes cælum trium-  
phantes ingressi sunt. Sed & AICHARDVS tunc  
secutus est. Cur enim à triumpho Dux exclude-  
retur? Ex Gratio.

Deputat Deus Virtutes Angelicas humane custodia,  
& infelix homo relictâ puritate virtutum, squaloribus  
se polluit vitiorum: & Angelus fætorem ac inhonestam  
purulentia nauseam invitus tolerat, et si celestis imperii  
lege constrictus obedientiam non omittat. S. Pet. Dam.  
l.i.ep.15.

### S. EDITHA V. 16. Septembribus.

FErax olim Divorum tellus Anglia, quam  
eheu! degenerasti. sponte tuâ ferebas fructus  
olim, quos jam non nisi gladiis sulcata, & sanguine  
rigata donas. Illos inter EDITHA numeratur  
Edgari Regis filia & Christi sponsa, cui amores  
suos primis annis devovit, paronymphos novo  
more leprosos diligens, quos, quod deformiores  
aspectu erant, hoc formosiores & digniores se pu-  
tabat; ut jam cælo id munericis ambiente, non du-  
bitaret Angelus pauperem præ se ferre. Porro in  
deliciis EDITHÆ Crux fuit, quam cum pingere to-  
ties manu Dunstanus Antistes vidisset, pollicem  
prehendens nunquam tabo obnoxium esse jussit.  
Id quod posteà factum vedit Anglia, cum à morte  
(quæ ut suavis esset, cantu suo Angeli fecerunt)  
trigesimo die matri, tum anno tertio decimo

Dun

Dunstano spectandam se dedit, monuitque corpusculum tolleret integrum tunc etiam, si membra, quibus in molli ætate ad levitatem abusa esset, exciperet. Itum & inspectum monumentum est, fidemque fecerunt præter oculos, pedes & manus, omnia reliqua à tabo immunia membra. Sed & in dextrâ pollex à putredine fuit eximius. Quid? quod cùm miraculum Canutus Rex rideret, reserato iterum loco media sepulchro se extulit, manumque injicere improbo paravit? Supplicem tamen & in gratiam recepit, & inter undas postea servavit. Magni hæc olim Anglia miracula faciebat, pluris ego Angliam, si in vitam nobis EDITHAS revocaret. Ex Gras.

*A tuâ dignitate nimis enorimenter & ignominiosète dejicis, si transitorias & inanes pulchritudines appetis. Mundus propter te factus est; ideo mundum non ames. quia Mundus non est te dignus, cùm sis eo longè dignior.*  
S.Bern.opusc.de Char.29.

S. LAMBERTUS E.P. M. 17. Septembri.

**L**AMBERTVM Trajectensi mitrâ ornatum Theodoricus Rex in exilium expulit. Ille cùm in Monasterium Stabulense se receperisset, tum denique in patriâ sibi visus est vivere, exilium omnium miserrimum maximumque mundum ratu. Obsequio sancto fasces suos ita submisit, ut Abbatis imperio, sævissimâ hiemo, sub cruce precando noctem transegerit, unico contra frigoris asperitatem cilicio armatus: sed hoc scilicet divini in pectore ignes propulsarunt, quos in reducis vultu splendor insolens prodidit. Septimo abhinc anno cùm Pipinus Rex Trajectensibus Pontifici suum, Pontifici solium suum reddidisset, hic tum

gra-